IRIMBERTUS ADMONTENSIS
Admont, um 1175
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

quoniam ipsi deum uidebunt. Sicut
pollicitus est dicendo. Ego sum deus ab
raham. et dꝰ iacob. et dꝰ ysaac. Videns su
di afflictionem ppli mei. et gemitum eius
audiui. Hoc tantum diligentissime pca
uete. cum palmam adepti fueritis uicto
rie. Vt diligatis dnm deum uestrum. as
signiantes ipsi omnem fortitudinis uestre tri
umphum. quo inter carnem et spiritum pos
sitis habere pacis stabile pactum. Beati enim
pacifici. quoniam filii dei uocabuntur. Qd
si uolueritis gentium erroribus adherere. q
p peccati suggestionem uolunt uos ab amo
re creatoris retuorare. Harum que inter uos
habitant. que in reconditis sensibus uiri
carnis latitant. Et cum eis miscere conubia.
p complexum delectationis excipiendo
mortifera suggestionis earum semina. Atq;
amicicias copulare. consensum adhibendo
suggestioni earum pestifere. quia amicicia
uera est idem uelle. idemq; nolle. Iam nunc
sentite. i. uera dei et uestri cognitione. Qd
dns deus uester delear ante uestram faciem.
quod spiritus sanctus non eas conteratur ante
cordis uri aciem. Vbi enim spiritus dni. ibi li
bertas. Sed sint uobis in foueam cogitatio
num. ac laqueum uerborum. et offendiculum
operum. De hac fouea dicit psalmista.
foderunt ante faciem meam foueam. Dicit
etiam de laqueo. Extenderunt laqueum pedi
bus meis. Dicit etiam de offendiculo. Iuxta
iter scandalum posuerunt michi. Ex latere
uestro. exactiue et contemplatiue uite
studio. in quo sicut in commutatione la
teris. grata uobis esse debet pmutatio
uicissitudinis. Et sint uobis sudes in oculis
uris. nebula siue fetoris. obscurantes cla
ritatem uestre intentionis. Donec uos dns
deus uester auferat. p internam reprobationem.
atq; disperdat. p aeternam condemptionem. de
terra hac optima. de omni uirtutum opulen
tia. quam tradidit uobis. sue misericordie
indulgentia. SEQVITVR.

Ego Hodie ingrediar uiam uniuer
se terre. et toto animo cognoscetis. quod
de omnibus uerbis que se dns prestiturum
nobis pollicitus est. unum non pretieritum in
cassum. Sicut et implerunt opere qd pmisit.
et pspera cuncta uenerunt. sic adducet super
uos quicquid malorum comminatus est. do
nec auferat uos atq; disperdat de terra hac
optima. quam tradidit uobis. eo quod pteri
tus pactum dni dei uestri. qd pepigit uobis
cum. et seruieritis diis alienis. et adoraueritis
eos. Ecce atq; uelociter consurget in uos furor
dni. et auferet uos de terra hac optima. quam
tradidit uobis.

Dicit Iosue filius dei dicit. prescribens
suis fidelibus mysterium passionis sue.
Ego ingrediar hodie uiam uniuerse terre. quia
ego factus homo precepto patris. in plenitudine
temporis. soluam debitum mortis. Et toto am
mo cognoscetis. cum p resurrectionem et ascen
sionem meam. spiritum sanctum de celo accipi
etis. Qd de omnibus uerbis. de omnibus uete
ris ac noui testamenti pmissis. Qd se dns nobis
pollicitus est pstiturum. cum terram lacte et
melle manantem suis fidelibus pmisit esse da
turum. Vnum in cassum non pteriens. cum
in mysterio mee redemptionis cuncta sua p
missa deus pater consumauerit. Sicut et im
plerunt opere. quod pmisit abrahe. in semine
tuo benedicentur omnes gentes. Et pspera
cuncta uenerunt. cum morte mea mortis um